



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

VII. De his qui frequenter idolis immolauerunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

imputabitur eis initium sexennii constituti. Quod si alicui horum quodlibet mortis periculum aut ex ægritudine, aut ex qualibet causa immineat, his communio propter viaticum suum non negabitur.

ANNO
CHRISTI
314.

VII.

De his qui festis diebus paganorum, in remotis locis eorum conuiujs interfuerunt, & suas nihilominus epulas ibidem portauerunt & comederunt: placuit, vt post biennii pœnitentiam suscipiantur, ita tamen, vt vtrum cum oblatione recipiendi sint, an ad solam communionem admitti debeant, vnusquisque Episcoporum examinet, vitæ eorum præteritæ ac præsentis habita consideratione.

VIII.

Hi autem qui secundo & tertio sacrificauerunt, vi coacti, quatuor annis sese ad pœnitentiam submittant, duobus autem alijs sine oblatione communicent, septimo anno perfectionem recepturi communionis.

IX.

Quotquot autem non solum a fide Dominica deuiarunt, sed etiam insurrexerunt in alios, & fratribus persuaferunt, & rei facti sunt persuasionis: hi per triennium quidem inter catechumenos habeantur, per aliud autem sexennium pœnitentiæ recipiant locum, alio vero anno, id est, decimo, communionem sine oblatione recipiant, vt completo decennio, perfectione fruantur. In eo autem ipso tempore etiam vita eorum & conuersatio consideranda est.